Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



VII

ipsum. et in ipso creata sunt omnia. Thronos quoque ante eos angelorum ordines dicit. quibus illos praeesse cognouit. Bene autem lapidi saphiro comparatur. quia lapis saphirus aeriam habet colorem. Virtutes quoque celestium lapide saphiro designant. quia his speculibus dei omnipotens altius praesidet. superiorum loci in celestibus dignitate tenent. Super thronum uero similitudo hominis. quia super illas uirtutes quae et ipsos angelos ante cedunt. nostri est gloria redemptoris. Notandum quoque est qui ordo seruatur. Super animalia enim firmamentum. super firmamentum thronus. super thronum homo esse describitur. quia super sanctos homines adhuc in hac corruptione corporis uiuentes angeli. et angelos superiores. et dominationes prime angelice. potestates. super potestates uero dominationes primas eleuatus est mediator dei et hominum. passupta humanitate debet intelligi. quia sub uni nominis appellatione solent ypheue spiritu multa significari. uox super firmamentum facta est. quae super baptizatum domnum de celo sonuit dicens. Tues filius meus dilectus in te conplacui. uel sicut euangelistam alium dicit. hic est filius meus dilectus. in quo mihi conplacui. Quorum quorum hanc uocem audiunt. animalia et alas deponunt. dbbaeuc ypha redsir dicat. Domine audiui auditum tuum et

Sto de penitencia

timui. consideraui opera tua et expauui. Quid est quod pater de filio loquitur dicens. in quo mihi conplacui. Omnis enim qui penitendo corrigit aliqua quae fecit. eo ipso quo penitet se displicuisse indicat. quae mendat quod fecit. et quia omnipotens pater sic intelligi abhominibus potest humano modo locutus est. dicens. penitet me fecisse hominem super terram. quasi sibimet ipsi displicuit in peccatoribus. quos creauit. insolo autem unigenito domino nostro ihesu christo complacuit quia hunc inter homines hominem creasse eum non penituit. in quo peccatum nullum omnino inuenit. sicut de illo per psalmistam dicitur. Jurauit dominus et non penitebit eum. tues sacerdos in aeternum secundum ordinem melchisedec. In solo quoque et redemptore nostro conplacet pater. quia in solo non inuenit culpam. in quo se quasi reprehendat per penitentiam. Sed ita quoque animalia uocem super firmamentum audiunt et timescant. quia si solus sine peccato et in eius innocentia aspiciant. in quantis ipsi cotidie delinquant quae necesse est ut incessanter deflent. Considerent quoque quia ipse auctor uitae sine passionis dolore ex hac uita non exiit. et hec quoque uox super firmamentum facta est. quia omnipotentis patris sententia et iam de morte ad resurrectionem unigeniti processit. Sed cum uox super firmamentum fit stat animalia et submittunt alas suas. quia sci quique cum ipsum quoque unigenitum flagellatum in hoc mundo aspiciunt. deponunt siquid de suis mentis presumunt. Nam si ipse hinc sine flagello non exiit qui sine peccato uenit. quorum flagellis digni non erunt. qui hinc cum peccato uenerunt. Ipsum quoque firmamentum quod est super caput animalium. id est quod transcendit metes

et ihesu xpe. Sim u ut poterim firmamenti nomine mediator dei et hominum.